



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

13. Novembris. Idibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314

13. *Novembris. Idibus.*

SACRATA est hæc dies felicitati vestrae, vos inclyti Proto-Patriarchæ Benedicti Filii: quam celebrem esse iussit Christi Vicarius Paulus V. nec planè immeritò; cùm per seculorum duodecim gloriosum decursum, sanctissima illa radix tot flores produxerit, qui propemodum soli Apostolicam Ecclesiæ orthodoxæ speciem poterant conservare in decore suo. Inter quos nobile præ aliis germen Cisterciense inter vaticinia & infinita prodigia natum & educatum, sæculo post partum Virginis undecimo totum terrarum orbem inumbravit celeberrimâ sanctimonix famâ & innumeris titulis auxit sanctorum catalogum, sed quorum majorem partem oblivione sepelivit injuria temporum. Vos itaque, quorum nomina exiguus iste libellus continet, singulari devotionis affectu veneror, invoco, ac saluto: id unum à vobis efflagitans, ut per merita vestra efficiatis me dignum nunc in terris, ac demum in cœlis vestro consortio.

Obijt
anno
1220.

B. EDILREDE, Abbas Warden-
sis in Anglia: qui à politiore literatu-
ra gradum altiorem conscensurus, to-
tum te

tum te immerfisti immenso illo pelago Divinae Scripturae, incitatus exemplo Melliflui Doctoris, cujus loquendi & scribendi modum viva repraesentabas imagine. Mirabantur simul ac venerabantur affabilem facundiam & eruditi & rudes, qua illis Christianam Doctrinam tam penetrabili suavitate exponebas, ut ad te audiendum ex tota Insula populi fieret quotidianus accursus. Nulla dies transit, quin ego audiam verbum Dei: sed metuo ne sim inter eos, qui ut auditores tantum & non factores ab Apostolo redarguuntur. Adde tu gratia superna stimulos, ut in opus exeat, quod intrat per aures.

Imitatur stylo, & moribus S. Bern.

S. BERNARDUS, ser. i. in LXX.

Qui ex Deo est verba Dei audit. Non nullos enim sic interdum audientes invenies, ac si nihil omnino ad eos pertineant, quae dicuntur: non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare; ne forte, quod audiunt, dictum sit propter eos.

Verbum DEI varie auditur



14. Novembris. 18. Cal. Decemb.

BEUGENI Ogallahurre, Abbas passus
 Afferoënsis: qui generosum caput
 R r nefandæ 1606.